



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 127. An capitula jurisdictionem habentia causam collegæ cognoscendam possint alicui committere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

## Q U E S T I O CXXVII.

An capitula jurisdictionem habentia, causam collegae cognoscendam pos-  
sint alicui committere.

## S U M M A R I U M.

1. Capitula non habent generalem jurisdictionem.
2. Jurisdictionio non competit capitulo privative.
3. Capitula an possint constitueri officialem generalem.
4. Jurisdictionem universalem an delegati possint subdelegare.
5. Capitula habent jurisdictionem inferiorem.
6. Princeps ex capite incongruo, non subiectetur ex capite congruo.
7. Conservator officium suum non imploratum importunitur.

**T**ALIS exurgit controversia coram Abate S. Laureñii, quam Clarissimum Dominus Joannes Fabrius illius afferet consilium meum ex quen- mili communicavit: Capitulum B. Matiae Huenfis designat pro generali omnium causarum officiali & judice Dominum Pholianum Massaert suum col- legam, & pro filio Ernesto Hoyoal, qui Huberto Gaskon Capituli suppo- sito libellum edit accusatorium coram Domino Pholiano officiali, Huberus au- tem jurisdictionem illam subterfugiens, recurrat ad conservatorem, quærebatur quid juris.

Respondi primò, capitula de jure non habere generalem jurisdictionem, sed tantum levium quorundam criminum coercionem, utilitate respondit Dominus Joannes VVamefus conf. 63. de judicis tom. 1. nisi tamen confuetudine seu tem- poris præscriptione jurisdictionem acquisiverint, Oldra. conf. incip. quia omnes un- 8. & conf. 25. 1. in p. num. 1. Regonis Archiepiscopius VVamef. d. conf. 63. nro. 1. in fin. uti capitula cleri secundarii Leodiensis facile existimo.

Respondi secundo, ejusmodi jurisdictionem capitulis non competere privati- vè cum conservatore, sed accumulativè, ita ut inter eos præventioni sit locus, glo. & ang. 1. Cubi & apud quem cap. ut debitus de appell. cap. 3. de offic. ord. Fel. incap. irrefragabilim pr. ver. declaro predicta eod. tit. VVamef. d. conf. 63. nro. 6. & 7. late Far- nac. art. 3. o. par. 2. ubi limiter, nisi favore certe personarum iurisdictio concedatur, an autem conservator criminalem jurisdictionem habeat, non insito, pender enim id à textu privilegii uti ostendi, que s. 6. & 96.

Respon.

Respondi tertid, capitula posse quidem particularēm aliquam causam alteri cognoscendam decidēdamque delegate, *VVames. conf. 4.4. de offic. ord. tom. I. sed an ad universitatem caularum, ambig.* In affirmativam enim tentantiam me impellit, quod iurisdictio competens iuste proprio in alium transferri possit. *I.more l. solet l. prato ff. de iurisdict. om. jud. & C. T. it. l. qui pro sua iurisdictione judices dare dative posse & ff. de offic. ejus cui mandata est iurisdictio.*

At vero pro negativa, quod nequidem judices ad universitatem caularum deputati iurisdictionem à se abdicare non possunt, *I. leg. uus de offic. praf. Hof. in summa officio deleg. DD. l. à iudice ubi fas. C. de iudicis. Nicolaus Bellonus ad Rubr. de officio cui mandata est iurisdictio nu. 62.*

Deinde, quod capitula sint è cathegoria iudicium inferiorum iurisdictionem habentium, qui iurisdictionem à se abdicare non possunt nisi ad breve tempus, valetudinis scilicet vel absentiae causa, *DD. l. si longius ff. de iudicior. l. obseruare ff. de officio pro consulis Franc. cap. 1. numer. 4. in fine de offic. vic. in 6. Lapis alleg. 5. Postremo quod regulariter nemo delegate possit causam, nisi is qui iurisdictionem habet ordinariam, *Rom. l. eum qui numer. 1. ff. de iurisdict. om. jud.* Sed quia Capitulum Hueni mutato consilio forsan dictam commissionem generaliter Domino Pholiano datam revocabit, eaque particularem hanc causam committet, queritur an processus coram eo sub titulo officialatus incepitus progressum habere poterit sub speciali commissione à capitulo ei demandata.*

Respondi negative. Ratio est, quia processus coram eo tanquam officiali sustineri nequit alio ex capite quo processum non fuit, actus enim gestus ex capite incongruo, sustineri nequit ex capite congruo, ex quo gestus non est, *l. si is ad quem ff. de acq. hared. late Rom. conf. 3. 43.*

Tum quod repugnat voluntati agentis, *l. nullum interest C. si quis alteri vel sibi cap. super. de offic. del.*

Tum quod via quam quis elegit, ei patere debeat, *l. simulier in fin. ubi DD. ff. quod met. causa.*

Tum quod processus judicis procedentis una autoritate quam putat se haberetur non accipiat ex alia autoritate quam habet, *Hof. cap. cum ex officii de praescript. Feder. de senis conf. 125. Rom. d. conf. 3. 43.*

Tum denique, quod processus factus coram judice putativo confirmari non possit ut ex tunc ex sequente delegatione, *Rom. l. eum qui numer. 4. ff. de iurisdict. om. jud.*

Denique quia situm est, utrum conservator talem nullitatē iuridicii à parte non oppositam supplerē possit. Respondeo breviter posse. Tum quia iudex officio suo nobili providere debet, parte etiam non postulante, ne iudicium redatur nullum atque elusorium, *Anton. de Amatis. decis. Marchia. 33. numer. 14. Alex.*

Alex. conf. 225. num. 3. lib. 6. Rota novis. dec. 666. num. 4. par. 1. DD. l. dies cautionis. hoc autem judicium ff. de dam. infect. Tum quia conservator etiam irrequiritus officium suum impartiri potest; ut superius ostendit, quest. 116.

## QUÆSTIO CXXVIII.

Ordinarius an sententiam conservatoris remotoris exequi teneatur.

## SUMMARIUM.

1. Casu hujus questionis.
2. Exceptio declinatoria competens principali, non extenditur ad fiducijsorum.
3. Exemptio debitoris non prodest eius fiducijsori.
4. Ordinarius non exequitur sententiam notorie iniquam.
5. Non licet elegere conservatorem remouorem postposito viciniort.
6. Officiale registre potest cuiilibet judicio officium suum excedenti.
7. Executor non debet esse facilis in sententiarum executionibus, qua apparent in iustitia.
8. Index potest etiam irrequiritus executioni sententiae in iuste per alium latet. sicut.
9. Indice requirit quale sit officium.
10. Index ad executionem requiritus, exceptiones alio rem in daginem requirentes non admittit.
11. A sententia judicis requiritus ad quem sit appellandum.

**C**ausa talis occurrit. Religiosi quidam exempti contrahentes cum vidua Henrici le Brand, dederunt ei pro contractus securitate quandam Natalem expromissorem, quem eadem vidua juxta legem contractus coram officiali Leodiensi vocavit in jus. Is ab officiali condemnatus recurrit praetextu exemptionis religiosorum, pro quibus se obligarat, ad Abbatem Luxemburgi residentem, qui sententiam Officialis quavis certe trutina justiorum cassavit atque irritavit, & viduam in expensis condemnavit.

Queritur, utrum officialis Leodiensis ad litteras requisitoriales istius Abbatis teneatur ejusdem sententiam executioni demandare.

Ec